

« Atque haec quidem extrinsecus tantummodo missionarios afflidunt eorumque vitae infesta sunt; quod vero intus et in animo cruciat, omni gladio ancipiti peius vulnerat et plagam spiritus longe acerbissimam infligit, summas inter angustias undique coaretato. Sapientissime equidem intendit SS. Pontifex cor unum, os unum, mentem atque vocem unam omnibus circa ritus Sinenses infundi; sed enim ex sonitu vehementi apparent disperitiae linguae, et heu malum! non in eodem spiritu, nec in una intelligentia praecepti Apostolici. Incredibile quidem in Europa videbitur, verissimum tamen est, in Sina nec duos episcopos aut Vicarios Apostolicos, immo vix duos missionarios inveniri, qui inter se concordent sive de sensu praecepti, sive de praxi executionis. Hinc dum plerique impositum iuramentum praestitere, fuerunt (etiam qui non sunt de nostra Societate), qui iurare distulerint, alii autem ex illis post iuramentum a publicanda prohibitione abstinuerunt, alii publicarunt, mira tamen rursus varietate in diversum tendentes. Nam hi quidem sola vitandorum publicatione contenti, nihil quidquam rituum Sinicorum permisere, illi vero quosdam permisérunt, et aliqui ex privata duntaxat auctoritate, pauci etiam ex arbitrio, etiam Episcopi, alii rursum sacramenta fidelibus ministrare non sunt ausi, nonnulli, qui dispensare illa acceperant, experientia edocti Sinas insuperhabita observantiae promissione peragere suos ritus antiquo more, quin nec posse ab iis hic et nunc desistere, a ministerio postliminium denuo cessarunt, ne irreverentiae expōnerent SS. Ecclesiae mysteria; quidam tamen eadem indiscriminatim impertinent, quin attendant aut curare videantur, si christiani stent pro missis, prohibitaque vitent, sive non. Sic fuit ab ingressu praecepti Apostolici in Sinam, sic etiamnum est, ut fere in numerum capitum dividantur opiniones et praxes, nec datur signum in bonum, ad quod respi cientes in unum coeant sensum, eandem sequantur operationem. Inter ea apud plerosque angores increscunt mentis et serupulorum agmina insurgunt, tam circa seippos, quam circa alios, an incurserint censuras ».

5. Il Visitatore Giovanni Laureati ai gesuiti di Pechino.

(Presentato al legato dal rettore del collegio di Pechino).

Canton, 22 ottobre 1720.

« Tutto il mondo sa come le RR. VV. sono in questa corte l'amparo delle missioni e de' missionarii, senza del quale niente potressimo operare nelle provincie per la gloria divina. Ma quest'amparo sino adesso è stato di persone particolari ed in negotii transitorii, adesso però è giunto il tempo per che si deve estendere a tutto l'imperio e per la durata de' secoli futuri. Trattasi adesso, miei RR. PP., o di conservarsi o di rovinarsi tutta la missione di questo grande impero, la qual disgratia se accaderà, si può temere, che sarà perpetua con perlunga d'infinito anime. Inde dalle RR. VV. queste medesime anime dimandano la loro salute. La procurino adunque per quanto ponno con le sue preghiere ed instanze efficacissime avanti di questo monarca.